

XIII

236

rat opem: auxiliumq; inuenerit. Vnde cum primum illu-
 xisset abiens forum lempronium petij. Hic iacobus pic-
 ninus, acerrimus belli dux hibernans ubi me eo aduenisse
 cognouit: suum necessarium quendam ad cauponulā mi-
 sit, qui me suo nomine salutaret, atq; omnia polliceret; quae
 humanitatis sunt beneficentiaeq; officia. Hunc ego deinde
 mane cū adissem, multaq; citro ultroq; familiariter & ami-
 ce habita uerba essent: unum id uisus mihi sum de illi^o ani-
 mo intelligere sibi principe nostro nihil eē carius, nihil ue-
 nerabilius, cum sese huius semper non seruū minusq; filiū
 assereret, diceretq; nihil sibi contingere posse optabilius,
 q̄ aliquam occasionē offerri declarandae suae in talem actā,
 tum patrem & dominū obseruantiae, fidei, pietatis. Quid
 multis est opus? Est plane iacobus picininus in principem
 nostrum tanta beniuolentia atq; fide: ut addi nihil possit ad
 cumulū. Sum autē ab illo ita tractatus; ut eum decet qui &
 uetus amic⁹ sit & principi nostro carissimus. Eodem etiam
 die inde discessi; & per montuosa illa asperrimaq; itinera
 post sextū diem perueni ad urbem Romā. Et ne sim longi-
 or q̄ oportet: Summ⁹ pontifex Pius tanta me humanitate
 excepit: ut uix quicq; dici possit humani⁹. Spero me oia ex
 sententia mea assecuturū; & ad paucos dies secūdis a uob⁹
 rediturū ad uos. Interim uelim; ut memineris meis tibiq; p-
 suadeas, te mihi neminē post clementissimū principē no-
 strum esse cariorē; neq; iucundiorē: Tu uale cū tua frigidis-
 sima frigida. Nam hic niuū nihil est. Ex urbe Roma. xiiij.
 kal. Februarias. M. cccc. Lix.

Franciscus Philelfus Borsio æstensi Mu-
 tinæ regijq; duci salutem.

q̄ Vod mihi ex urbe Ferraria decedēti mādasti praestā-
 tissime dux Borsii: id ego piæ ecclesiae Romanæ pon-
 tifici fideliter diligentissimeq; exposui; & ea praeterea ad-
 didi: quae mea interesse pro maximis tuis in me beneficijs
 addēda existimaui. Audiuit certe oia summus pōtifex pli-
 benter: ostenditq; se usurum in tempore: qd̄ tam liberalitē
 atq; pbenigne obtulisti: deinde in longiusculū sermonē de
 tuis diuinis laudibus & audiendo: & dicēdo puctus est.

G iij